

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**De Hymni Passionalis: O Traurigkeit/ [et]c. verbis: Gott  
selbst liegt todt/**

**Quistorp, Johann Nicolaus**

**[Erscheinungsort nicht ermittelbar], 1707**

**VD18 13399578**

Titelblatt

**urn:nbn:de:gbv:45:1-15722**

4.  
L. D. B. V.

DE

HYMNI PASSIONALIS:

Ö Traurigkeit /c. verbis:

**G**ott selbst liegt todt /

IN

PROBLEM. THEOLOGICO,

PRÆSIDE

*VIRO SUMME VENERABILI*

**DN. JOANNE NICOLAO  
QVISTORPIO,**

SS. THEOLOGIÆ DOCT. EJUSDEMQUE P. P.  
LONGE CELEBERRIMO, AD DIV. NICOLAI PASTO-  
RE MERITISSIMO, REVERENDI MINISTERII RO-  
STOCHIENSIS HACTENUS DIRECTORE, NUNC VERO  
SUPERINTENDENTE ELECTO GRAVIS-  
SIMO,

*PATRONO, PRÆCEPTORE ATQUE IN JESU  
CHRISTO PATRE, FILIALI PRORSUS OBSEQUIO COLENDO,*

AD DIEM SEPTEMB. MDCCIII.

IN AUDITORIO MAXIMO

PUBLICE DISPUTABIT

**M. JUSTUS WESSELUS RUMPÆUS,**


Unnâ - Gueſtphalus,

AUTOR-RESPONDENS.

---

Recusa Anno 1707.







# JESU JUVA!

Προάυλιον.



Ub tuum, Lector benevole, prodit hîc conspectum problema Theologicum de Hymni Passionalis verbis: *Gott selbst liegt todt*. Occasionem & rationem instituti, cum hîc sit aliquid præfandum, cum historia hujus controversiæ (à me Dissertationis auctore) breviter hanc habe. Disputaverat sc. in Patria sub abito ex Archi-Gymnasio Tremoniano percelebri Anno 1700. d. 25. Augusti Frater meus amantissimus de propositionibus idiomaticis primi generis communic. idiom. *Christus est passus, Deus est passus*, & hanc suam Disputationem ex prælectionibus publicis Præsidis sui, B. D. Nungesseri, selegerat. Cum jam inter alia occasione tertiæ speciei, primi Gen. comm. idiom. *ἰδιοποιήσε* de cantionis: *O Traurigkeit* / verbis: *Gott selbst liegt todt* / ita judicasset, ut nullam esse necessitatem ea NB. in gratiam potissimum adversariorum corrigendi & loco illorum substituendi: *Der Herr liegt todt* / ex prælectionibus prælaudati Nungesseri informatus, sequentibus diceret verbis: *Hinc non opus esse reor, ut in gratiam adversariorum verba illa in cantione quadam passionali: O Traurigkeit / O Herzeleid / in secundo versu: O grosse Noht / Gott selbst liegt todt / pro Gott selbst liegt todt / libris Psalmorum nostris inseratur: Der Herr liegt todt! Postulat id ipsum ἰδιοποιήσε* veritas, & realitas, ad quam exprimendam, & ad singularem inde solatii vim hauriendam, auctor Psalmi studio sic loqui voluit; (1.) dici non potest, quantos hæc innoxia fratris verba apud quosdam in patria excitaverint tumultus, ut parùm abfuerit, quin frater schismatis aut hæreseos notam propterea incurrerit. Sic enim in ipso conflictu non nemo tanto impetu propter hæc verba Disputationem fratris impetiit, ut eam NB. pro famoso libello garnifici, ut vulcano objiceret cremandam, tradendo, publicè proclamaret, convitiis præterea plurimis in fratrem coniectis. B. Superintendens, Nungesserus, Præses, facti iniquitatem videns, silentium quidem

A 2

Dn.

[1] *Disp. p. 25. §. 13.*

